

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De proprietatibus rerum

Bartholomaeus <Anglicus>

[Lyon], 21. Nov. 1482

[Titel]

[urn:nbn:de:bsz:31-326878](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326878)

Prohemium

Incipit prohemium de proprietatibus rerum fratris Bartholomei anglie s^o ordine fratrum minorum.

Incipit prohemium de proprietatibus rerum



De proprietatibus rerum sequatur substantia

tias secundum distinctionem et ordinem substantiarum erit ordo et distinctio proprietatum de quibus adiutorio diuino est presens opusculum compilatum utile mihi et forsitan alijs qui naturas rerum et proprietates per sanctorum libros necnon et philosophorum dispersas non cognouerunt ad intelligenda enigmata scripturarum que sub symbolis et figuris proprietatum rerum in naturalium et artificialium a spiritu sancto sunt tradite et velate. que admodum ostendit beatus dyonysius in angelica hierarchia circa principium dicens. Non est nobis aliter possibile lucere diuini radium nisi varietate factorum velaminum analogice circumlatum. quoniam nec possibile est nostro animo ad immateriales celestium hierarchiarum ascendere contemplationem nisi ea que secundum ipsum est materiali manifestatione utatur. (quasi diceret) non potest animus noster ad inuisibilem contemplationem ascendere nisi per visibilem considerationem dirigatur. Inuisibilia enim dei per ea que facta sunt intellecta cognoscantur ut dicit apostolus. Et ideo theologia per uide sacris et poenias informationibus usa est ut ex rerum visibilibus similitudinibus allegorice locutiones et mystica intellectus transumptiones formentur et sic carnalibus et visibilibus spiritualia et inuisibilia coaptentur. Præterea rei gratia prius effectio opusculum ad edificationem domini dei qui est deus gloriosus et sublimis et benedictus in secula seculorum. In quo agit de quibusdam proprietatibus rerum naturalium quarum alia est incorporea alia corporea. Et primo de proprietatibus substantie incorporee secundum sui differentias quarum alia est corpori inuisibilis ut anima rationalis sensibilis et vegetabilis. alia non inuisibilis corpori ut angelus

et angelorum alij sunt boni alij mali. In bonis vero angelis ordo secundum tantam multiplicationem trinitatis. unde a beato dyonysio distinguunt tres hierarchie celestes quarum quelibet trium ordinum continet dispositiones. Decem et nouem itaque sunt de quibus in hoc opusculo adiutorio deo per ordinem est agendum. et hoc itaque in eo quod in spirituali. Primo igitur agitur de deo et nominibus diuinis que dicuntur de deo vel quo ad essentiam vel personam siue quo ad effectum siue approbationem. Secundo de proprietatibus angelorum tam bonorum quam malorum in generali et in speciali. Tertio de proprietatibus anime rationalis quo ad nature sue simplicitatem et quo ad uirtutum suarum diuersitates et de eius unione et operatione in corpore prout confert ei formam et perfectionem.

Quarto de proprietatibus substantie corporee scilicet de elementis et elementaribus qualitatibus et quibus proponitur corpus et de quatuor humoribus et quibus proponitur corpus tam hominum quam brutorum. Quinto de hominis corpore et de singulis eius partibus de quibus sacra scriptura facit mentiones. Sexto de etatibus. Septimo de infirmitatibus et uenenis. Octauo de mundo et corporibus celestibus. Nono de tempore et partibus temporis. Decimo de materia et forma et earum proprietatibus et elementis. Undecimo de aere et passionibus eius. Duodecimo de aere in generali et in speciali. Tredecimo de aqua et eius differentiis eius ornatu scilicet per pisces. Decimoquarto de terra et eius partibus. Decimoquinto de uincibus. Decimosexto de lapidibus et metallis. Decimosextimo de herbis et plantis. Decimosextimo de animalibus. Decimosextimo de accidentibus scilicet de coloribus saporibus etc. In istis decem et nouem libellulis rerum naturalium proprietates summatarum et breuiter continentur prout ad manus meas spiritus que effugerunt manus metentium perungere poterunt. In quibus de meo pauca vel quasi nulla apposui sed omnia que dicuntur de libris authenticis sanctorum et philosophorum exapiens sub breui hoc prohemio pariter compilauit sicut per singulos titulos poterit legentium industria experiri.

Incipit liber de proprietatibus rerum. Et primo de deo et eius essentia.